1917
P28

Pauli

Mediaeval Latin Versions of Avianus with a Diplomatic Text of One Type

MEDIAEVAL LATIN VERSIONS OF AVIANUS WITH A DIPLOMATIC TEXT OF ONE TYPE

BY

ADOLPH FREDERICK PAULI

A. B. University of Illinois, 1916.

THESIS

Submitted in Partial Fulfillment of the Requirements for the

Degree of

MASTER OF ARTS

IN LATIN

IN

THE GRADUATE SCHOOL

OF THE

UNIVERSITY OF ILLINOIS

1917

1917
P23

UNIVERSITY OF ILLINOIS

June 1 1917

THIS IS TO CERTIFY THAT THE THESIS PREPARED UNDER MY SUPERVISION BY

Adolph Frederick Pauli

ENTITLED Mediaeval Latin Versions of Avianus with a Diplomatic Text of one Type

IS APPROVED BY ME AS FULFILLING THIS PART OF THE REQUIREMENTS FOR THE DEGREE OF Master of Arts

W.A. Oldfather
Instructor in Charge

APPROVED: H.J. Barton

HEAD OF DEPARTMENT OF Classics

376593

1917
P28

TABLE OF CONTENTS

		Page
I.	INTRODUCTION.....	1
II.	APOLOGI AVIANI	3
III.	THE DONAUESCHINGEN COLLECTION OF GLOSSES...	34
IV.	THE NOVUS AVIANUS OF VIENNA and MUNICH.....	45

UIUC

I. INTRODUCTION.

Digitized by the Internet Archive
in 2013

http://archive.org/details/mediaevallatinve00paul

No better evidence of the popularity of the late Latin poet Avianus during the Middle Ages is to be found than the numerous poetic and prose versions of his fables. Avianus' fables seem to have been especially popular as a school text-book, and many of these versions are probably attempts to adapt the text for better use in the schools or to give to the fables christian theological interpretations.

To make a study of all of the mediaeval Latin versions of the poet Avianus would have been impossible in the compass of a Master's thesis. But I have been able to deal with examples of three characteristic types of versions, I, the prose fables known as "Apologi Aviani", II, a collection of six prose fables developed from marginal glosses, and III, the collection of poetic fables known as the "Novus Avianus of Vienna and Munich". I have attempted to construct a critical text of the "Apologi Aviani" and the "Novus Avianus of Vienna and Munich", and a diplomatic text of the Donaueschingen Collection of glosses. A diplomatic text of the other two versions would have required two additional texts as there are two Mss. of each. This would not only have been a waste of time and space, but would have been of little consequence.

This work has been my first venture into the field of paleography and text-editing, and naturally I proceeded laboriously and produced a work which is likely to contain a number of errors. My thesis is, therefore, rather the result of a year's study in elementary paleography and textual criticism than an achievement in classical philology, and I trust it will be judged accordingly.

II. APOLOGI AVIANI

A. THE MANUSCRIPTS.

This text of the Apologi Aviani is based upon two Manuscripts, Codices 347-B and 347-C of the National Library of Paris, designated as B and C respectively. Froehner describes them as follows:

"Apologos hos ex cod. Parisiaco 347^{c}(Membranaceo saeculi XIIII fol. 157^{a}-159^{b}) deprompsi, qui liber, ut ex subscriptione autographa discitur, olim in Karoli Aurelianensium ducis, poetae sui temporis Clarissimi, bybliotheca fuerat. Idem Aviani interpretamentum Codex Baluzianus 499(hodie Parisiacus 347^{b} membr. eiusdem saeculi, fol. 184^{a}-189^{a}) comprehendit, ita tamen ut ex illo, duobus fere decenniis antiquiore, fluxisse videatur'. ---- Aviani Fabulae XXXXII ad Theodosium. Lipsiae MDCCCIXII, p. 62.

I have based my text, wherever possible, upon codex 347-C and have cited the variant readings in 347-B. The readings of Hervieux and Froehner have been pointed out in the footnotes. Although I attempted to preserve the manuscript use of e for ae and oe, I did not keep u for u and v. I have changed the spelling even more freely, than did Froehner, but I have always tried to quote the manuscript form in the apparatus.

Froehner is right, I think, in suggesting that B is a copy of C. First of all, C contains words and phrases of which no traces are found in B, either as corruptions or corrections, indicating that they may have been lost in copying. On the other hand B contains no words additional to those found in C; that is, no words which cannot be explained as corruptions or corrections of passages found in C. There are not the traces of the following words in codex 347-B:

IV acrior

V spolio

VIII et leones dentibus

X Tunc ille derisionem in iocum pulcre convertens

XI ereptas

XVIII 2nd quatuor

XXI fore

XXII et
humanam

XXIII conparandam

XXIV '--hoc sculpsit?' at ille, 'Homo hoc fecit.' Cui leo,

XXXIV suum

XXXIX consumenda

Secondly, B has corrections of obvious mistakes in C, such as dittography, omissions of letters and misspellings. Thirdly, many passages and words perfectly clear in C have been made meaningless or corrupt through dittography and misspelling in B. Many of these can be explained as due to mistakes in reading. Fourthly, the method of abbreviating the same words in the two codices is so much alike, that it can be explained on no other ground than that of a very close relationship. Fifthly, there is an agreement in singular but often unimportant mistakes:

I.- in the 5th verse - are (arte)
" " " " -iocari C: iecari B. The o in C almost like e.

II. - ruppem

IV. - in 1st verse of distich - totam (Titan)

VII.- in the 2nd verse- nequicie (nequitie)

VIII.- peticioni -(petitioni)
- in last verse - rotam (rota)

IX.- sincopizans (syncopizans)

XIII.- hyrcum (hircum)
fetosum putride (setosum putide)

XIV.- in the 1st verse of distich -mox (mos)

XV.- in the 1st verse-innumeras (innumerus)
in the 4th verse- syderibus (sideribus)

XVII.- tygris (tigris)

XX.- stulcius (stultius)

XXI.- relinquere (relinquite)

XXII.- pecit (petit)
in 4th verse lecor (letior)

XXIII.- ymaginem bachi (imaginem Bacchi)
vendicioni (venditioni)

XXIV.- videns (videris)

XXV.- in 13th verse -hiis (his)

XXXI.- cui conspiciebat -written

XXXIV.- in 1st verse -nis (mi)
hyemali (hiemali)

XXXIX.- licuus (lituus)

XL.- ymber

B. THE EDITIONS.

The first complete edition of the Apologi Aviani was made by W. Froehner, Aviani Fabulae XXXXII ad Theodosium, Lipsiae MDCCCLXII, pp.65-84, who prepared a carefully edited text, based evidently upon C, wherever possible. But he has dealt freely with his Mss., sometimes refusing to emend an obvious error, at others introducing a most radical change, without once mentioning the Ms. reading. In fact he cites no variant readings. Nor does he bother to acknowledge the sources which suggested his emendations. However, he consistently wrote out in full all

diphthongs ae and oe which appeared as e; but in not distinguishing between u and v, he followed the practice used in the Mss.

The second complete edition was made by Leopold Hervieux in his Avianus et Ses Anciens Imitateurs, Paris 1894, pp. 353-370. In the same volume, pp. 172-180, he gives an elaborate discussion of the origin and history of the Apologi. Hervieux based his edition upon codex 347-C and cited the variant readings in 347-B; his work is little more than a copy of C, preserving this manuscript's misspellings and its practice of writing u for v, and e for the diphthongs ae and oe. For a study of the Mss. Hervieux's work is superior to Froehner's, but Hervieux has not offered any suggestions for correcting many doubtful and obscure passages, nor was he always accurate in reading his Mss. Once in Fab. XV, and once in Fab. XVII, Hervieux has incorporated Froehner's emendations into his text without mentioning the fact. These are slight oversights but detract from the accuracy of the text.

APOLOGI AVIANI

ex Galliae Nationis Bibliothecae
Mss. codicibus Latinis 347-B et 347-C

I. Cum mulier ex Clamosis[1] parvuli vagitibus tediata[2] puerum in sui commotione[3] animi lacerandum luporum dentibus commendaret, lupus quidam noctivagans[4] tunc forte circa tecta perambulans et verbis mulieris, que audierat, nimis credulus predam suam de puero ad ostium expectavit. Set tandem quiescente parvulo et nutrice eidem blandiciis alludente,[5] sensit se in promisso[6] deceptum, timensque[7] adventum diei et canum ad lustra sua famelicus[8] rediit et ieiunus. Cumque lupa, uxor eius, eum increparet quod in conspectu eius rediens vacuus appareret, respondit:

'Ne mireris,' ait, 'deceptum fraude maligna
Vix miserum vacua delituisse fuga.
Namque rogas predam. Que spes contingere possit[9]
Iurgia Nutricis cum mihi verba darent?'
Hec sibi dicta putet[10] seque hac sciat arte[11] iocari,[12]
Femineam quisquis credidit esse fidem.

1 eclamosis B: exclamo sis C 2 tediata pro taediata
3 commocione Hervieux c 4 noctivagus Froehner, Hervieux
5 illudente B 6 promis B: promissis Froehner 7 timens que B C 8 famelitus B 9 posset Froehner: cf. Fab. Av. I,13
10 pute....scissura in cod. B. 11 are B C: correxit Froehner
12 iecari B

II Testudo suam tarditatem detestans ut doceretur[1] volare aquilam mercede conduxit. Quam cum in aeris sublimia devexisset et promissa perpendisset fallacia, eam cadere super rupem[2] permisit, et confracta periit tabescendo.

Sic quicumque nova sublatus laude tumescit
Dat merito penas, dum nimis alta cupit.

1 doceret B 2 ruppem B C

III Cancer[1] filium suum conviciis increpabat eo quod tortuosis gressibus incederet et oblique. Set[2] cum a filio requisitus exemplum et formam recte gradiendi temptaret ostendere nec valeret, factus est filio in derisum.

Nam stultum nimis est cum[3] tu pravissima temptes,
Alterius censor ut viciosa notes.

1 Tancer B 2 sed Froehner, Hervieux 3 quam B

IV Cum Phebus[1] et Boreas de preminentia[2] virium contenderent coram Iove,[3] litem in hoc statuerunt concorditer terminandam, ut ille[4] viribus prevaleret, qui suis citius[5] spoliaret vestibus viatorem. Flante itaque Borea quanto[6] tempestas acrior[7] insurrexit, tanto viator circa se vestes suas attentius colligebat.

Cessante tandem turbine, sol illuxit et factus est calor intensus ita ut viator pre caumate[8] pallium exuens et tunicam, sub umbra cuiusdam arboris nudum super herbam se proiecit.[9]

Tunc victor docuit, presentia[10] numina Titan,[11]
Nullum premissis vincere posse Minis.

1 Phoebus Froehner 2 preminencia B C Froehner, Hervieux correxi: cf. Du Cange, Glossarium mediae et infimae latinitatis, S.v. 3 leone B 4 illi B 5 cicius B Hervieux 6 quam B 7 om. B 8 precaumate B 9 proiceret Froehner 10 presencia C Hervieux 11 totam B C Hervieux: correxit Froehner: cf. Fab. Av. IV, 15

V Asinus, invento leonis spolio,[1] se contexit et sub hac effigie[2] cetera terrebat[3] aïmïalia. Quem rusticus[4] ex aurium magnitudine deprehendens, eiusque tergum, superbo denudans amictu[5] ait:

'Forsitan ignotos imitato murmure fallis,
At mihi, cui condam,[6] semper asellus eris.
Metiri se quemque decet propriisque[7] iuvari
Laudibus alterius, nec bona ferre sibi.

1 om B 2 scissura in membr. litterarum sex inter effigie et cetera C 3 terreba cetera B 4 scissura in membr. litterarum sex inter i et c verbi rusticus C 5 amictum Hervieux 6 condam pro quondam: cf. Georges, Lexikon der lat. Wortformen, s.v. condam : quondam Hervieux 7 propriis que B C

VI Rana quondam cetera alloquebatur animalia, fingens[1] se in arte[2] medicine peritem.[3] Cui[4] vulpes ait: 'Quomodo[5] sanabis alios, que te ipsam[6] ab ictericia,[7] quam croceus in te color denotat, sanare non potes?'

Ne sibimet[8] quisquam de rebus inaniter ullis
Quod nequit inponat[9] fabula nostra monet.

1 scissura in membr. litterarum quattuor inter fingens et se C 2 inarte B 3 esse peritam B 4 scissura in membr. litterarum tredecim ante cui C 5 scissura in membr. litterarum tredecim ante modo C 6 scissura in membr. litterarum octo ante ipsam C 7 iectericia B C Hervieux: correxit Froehner: cf. ictericus, Italice icterizia et itterizia, Anglice icteritia in scientia medicinae 8 sibinet B 9 imponat Hervieux

VII Cani nequam et absque latratu mordenti dominus suus nolam suspendit ad collum, ut sono tintinnabuli[1] premunirentur[2] incauti. Cui de nola ipsa, tanquam de precioso ornatu, superbienti sic ait canis senior:

Non hoc virtutis decus ostendetur in ere,[3]
Nequitie[4] testem set[5] geris inde[6] sonum.
Non facile est pravis innatum mentibus, ut se
Muneribus dignas suppliciove[7] sciant.

1 tintinabuli B 2 premunerentur B: premunirentur C: premonerentur Froehner 3 inere B 4 nequicie B C 5 sed Froehner Hervieux 6 in te C Hervieux 7 supplicio ne B : supplicio ve C

VIII Camelus vídens boves cornibus, apros dentibus, et leones dentibus[1] insignitos conquestus est Iovi se nimis in Naturalibus destitĭtum, et petiit[2] sibi dari[3] cornua in munimen. Iupiter autem indignatione[4] concepta camelum deridens non solum petitioni[5] non annuit, set[6] a natura concessam abstulit[7] ei aurium venustatem.

'Vive minor merito cui sors non sufficit,' inquit,
'Et tua perpetuo livide dampna geme.'
Contentum propriis sapientem vivere rebus,
Nec cupere alterius fabula nostra monet.
Indignata cito ne stet fortuna recursu,
Atque eadem minuat que dedit ante rota.[8]

1 et leones dentibus om. B (leones et dentibus) leones morsu Froehner 2 peciit B C Hervieux 3 dare B 4 indignacione C Froehner Hervieux 5 peticioni B C Froehner Hervieux 6 sed Froehner Hervieux 7 astulit Hervieux (typographi errore) 8 rotam B C Hervieux

IX Duo viatores fedus[1] pariter inierunt ut in adversis[2] partito pondere alter alteri subveniret. Quibus per desertum[3] ambulantibus[4] occurrit leo famelicus predam querens.

Mox alter agilior in[5] quercum conscendit, alter vero fugere non valens pavore diriguit[6] et syncopizans[7] in terram[8] cecidit[9] semivivus. Quem[10] leo cadaver mortuum esse putans cum paululum[11] contrectasset, reliquit et in silvas longe recessit, Tunc[12] alter de quercu descendens dixit, 'Quid tecum leo secrecius[13] est loquutus[14] ?' At ille ait:

'Ne facile alterius repetas[15] consorcia,' dixit,
'Rursus ab insana ne capiare fera.'

1 lacuna litterarum quattuor inter fedus et pariterc 2 adverso B
3 destum B 4 ambulan B 5 om. B 6 dirriguit B
7 sincopizans B C Hervieux: syncoptizans Froehner: correxi, cf. Du Cange, op. cit., s.v. 8 interram B 9 decidit B 10 quare Froehner
11 cumpaululum B 12 et tunc B 13 secretius Froehner
14 locutus B: loqutus C Herv 15 repeta B

X Miles calvus capillos fronti[1] suo coaptaverat alienos; quibus vehementis[2] Boree flatu subreptis, factus est circumstantibus in derisum. Tunc[3] ille derisionem in iocum pulcre convertens:

'Quid mirum est,' inquit, 'positos fugisse Capillos
Quem prius equeve[4] deservere come[5] ?'
Se risu quicumque novo sciat esse retentum,
Arte magis studeat quam prohibere minis[6].'

1 capiti B 2 vehementi B 3 Tunc....convertens om. B
4 eque ne B equeve pro aequaevae 5 pro comae 6 nimis B

XI Fluvius quidam subitis[1] inundans imbribus[2] duas ollas, Alteram eream[3], alteram fictilem ereptas[4] e litore[5] asportavit. Set[6] cum testea levior velocius a gurgite portaretur[7] aerea[8] ait, 'Consortes sumus, invicem nos coniungamus.' Cui testea:

'Quamvis securam[9] verbis me feceris,' inquit,
'Non[10] timor ex animo discutiendus[11] erit.
'Nam me sive tibi seu te mihi conferat unda,
Semper ero ambobus subdita sola malis.'
Pauperior caveat sese[12] sociare potenti,
Namque[13] fides illa cum parili melior.

1 subditis B 2 ymbribus B C Hervieux 3 pro aeream 4om. B 5 e lictore B C Hervieux 6 se Froehner, Hervieux 7 portavit B 8 Froehner 9 securum B C Hervieux: cf. Fab. Av. XI, 11 10 Nam B C: cf. Fab. Av. XI, 12 11 discuciendus B C Hervieux 12 se se B C 13 nam que B C

XII Rusticus aratro suo agri culture insistens vidit e terra[1] thesaurum casu fortuito prosilire. Tunc boves solvens et ad pascua mittens aram Cybele[2] construxit et eam sacrificiis honoravit, tanquam sibi spontaneas dantem opes. Set[3] fortuna,[4] indignans debitum sibi in hoc honorem auferri, ait:

'Nunc inventa[5] meis non prodis munera templis
Atque alios Mavis participare deos,
Set[6] cum surrepto fueris tristissimus auro,
Me primam lacrimás sollicitabis inops.
Non me ridenti vultu,[7] set[8] cernere tristi
Fas erit et vacua sint[9] tibi vota tua.
Vivus in accepto peccat grave[10] quisque talento,
Si quod[12] ab hoc sumpsit, imputat hoc alii.'

1 eterra B 2 sybele B Cybele pro Cybelae 3 sed Froehner Hervieux 4 fortinua C 5 inveta C 6 sed Froehner, Hervieux 7 voltu Froehner 8 libet B 9 su sint B 10 gravem B C Hervieux 11 que B C: correxit Froehner 12 quid Hervieux

XIII Cum taurus a facie leonis insequentis fugeret, obvium habuit hircum[1] caprarum, qui ore moram faciens obliquato eum deridere et terrere conatus est. Cui taurus:

'Non te demissis setosum,[2] putide,[3] barbis,
Immo hunc, qui super est insequiturque,[4] tremo.
Nam si discedat, nosces, stultissime, quantum
Discrepat a tauri viribus hircus[5] olens.'
Dum cupis illatum tibimet persolvere dampnum,
Absque tuo dampno docte,[6] caveto fore.

1 hyrcum B C 2 fetosum B C: Hervieux, correxit Froehner: cf. Fab. Av. XIII, 9 3 putride B C Hervieux: correxit Froehner cf. Fab. Av. XIII, 9 4 insequitur que B C 5 hyrcus B C 6 docte caveto fore om. B C: cf. Epimythia Interpolata XIII 14

XIV Iove ab animalibus sciscitante[1] quod illorum prolem gigneret pulcriorem, simia natos suos coram cunctis afferens laudem et victoriam suis exhibendam fetibus predicabat, ita ut ipsum Iovem et totam deorum curiam provocaret ad risum.

Sic mos[2] est fatui, quod quicquid fecerit ipse,
Vile licet fuerit, approbat ipse tamen.

1 scicitante B 2 mox B C Hervieux: correxit Froehner: cf. Epimythia Interpolata XIV 15

XV Pauo stellatus et rota superbiens gruem lividi coloris arguebat deformem. Cui grus respondit:

'Quamvis innumerus[1] plumas variaverit ordo,
Mersus humi semper florida terga geris.
Ast ego deformi sublimis in aera penna
Proxima sideribus[2] numinibusque[3] feror.'

Si quadam virtute nites, ne despice quemquam,
Ex alia quadam forsitan ille nitet.

1 innumeras B C: cf. Fab. Av. XV, 11 2 syderibus B C 3 numeribus B C: cf. Fab. Av. XV 14: correxit Frochner Hervieux correxit tacite!

XVI Quercum vento prostratam detulit amnis[1] in harundinetum[2]. Tunc admiranti quod canna tenuis in liquido quiescens[3] staret, cum ipsa in terra solida ingenti trunco et radice fulta latissima iaceret prostrata, respondit canna:[4]

'In tua preruptus offendit robora ventus,
Notibus aura meis ludificata perit.'
Hec[5] nos dicta[6] monet magnis obsistere frustra,
Paulatimque[7] trucŷes[8] exsuperare Minas.

1 epresus B: eprenis C Hervieux: correxit Froehner
2 harundinctum Hervieux 3 quiescentes B 4 canna respondit B
5 licet B 6 dicta deletum punctis dicta B 7 paulatim que B C 8 struces B

XVII Feras sagittarium fugientes tigris[1] audacior increpabat; sed cum ipsa tandem incautę iaculo esset transfixa,[2] vulpes[3] ait: 'Quisnam[4] est ille[5] qui te vulnerare[6] ausus est, que alios protegis et defendis?' At illa gemens,'Non comparuit oculis meis,' inquit,' quem timere debueram:

Set cruor et validis in me directa lacertis
Ostendit aliquem tela[7] fuisse virum.'
More volant[8] iaculi Clandestina verba nocentis,
Nec prescire palam lederis unde potes.

1 tygris B C 2 confixa B Froehner 3 volpes Froehner
4 quis nam C 5 illa B C correxit Froehner: correxit Hervieux tacite 6 volnerare Froehner 7 tela tela C 8 vulant B

XVIII Cum quatuor iuvenci fortissimi tanta essent societatis concordia federati, ut semper simul ad pascua graderentur, simul morarentur ibidem, simulque[1] ad vesperam remearent, leo montes inhabitans ipsorum in tantum pertimuit unionem ut nullatenus auderet aggredi sic coniunctos. Set[2] fraudem molitus sic eos alloquitur: 'Cur unum campum quatuor[3] nobilissimi occupatis, cum unius cuiuslibet[4] vestrum strenuitatem deceat singularem campum et armentum regere copiosum. Separemini ergo ab invicem[5] singuli loca singula et dominia occupantes famamque et nominis[6] gloriam dilatantes.' Illi vero huiusce modi[7] laudibus delectati ac verbis fallacibus nimis crediili loca singula segregati ab invicem quesierunt. Tunc leo, videns eos consueti securitate[8] consortii[9] destitutos, unum post alium invadit lacerat et occidit.

Tunc quidam ex illis ait: 'Vitam servare quietam
Qui cupit, ex nostra discere morte potest,
Neve cito admotas verbis fallacibus aures
Impleat, aut veterem deserat ipse fidem.'

1 simul que B C 2 sed Froehner, Hervieux 3 om. B
4 cuiusque Froehner 5 ab invicem ergo B 6 vestri scriptum in margine legitur post nominis C 7 huiuscemodi B Hervieux
8 securique Froehner 9 consorcii B C: correxi

XIX Horrentes dumos abies pulcherrima risit
Cum facerent[1] forme[2] iurgia magna sue[3]
Indignum referens cunctis certamen haberi[4]
Quos merito[5] nullus[6] consociaret honor[7]
Nam mihi deductum surgens in nebula[8] corpus
Verticis erectas tollit in astra comas
Puppibus in[9] patulis media cum sede[10] locamur
In me suspensos explicat aura sinus
At[11] te[12] deformem cui[13] dant spineta figuram
Despectum cuncti preteriere viri
Ille refert nunc leta quidem bona sola fateris
Et nostris frueris[14] imperiosa[15] malis
Set[16] cum pulchra[17] minax succidet membra securis
Quam velles spinas tunc habuisse meas
Cum pulcher[18] fueris deformem spernere noli
Turpia sepe vigent quando decora cadunt

1 faceret B C 2 pro formae 3 prosuae 4 obiri Froehner
5 meritis Froehner 6 ullus C Hervieux 7 honos Froehner
8 nubila Froehner: cf. Fab. Av. XIX, 5-nubila 9 et Froehner
10 consede B 11 ast Froehner 12 tibi Froehner ~~13 quod~~
Froehner 14 frueris nostris Froehner 15 impetuosa B
16 Sed Froehner Hervieux 17 pulcra C Froehner Hervieux
18 pulcra Froehner

XX Parvus admodum[1] pisciculus, hamo captus, ait piscatori, 'Sine[2] me in aquis crescere, ut piscem pinguem et tibi perutilem me alia vice recipias.'

Ille nefas[3] captum referens absolvere piscem
Difficiles queritur[5] calibus esse vices:
'Nam miserum est,' inquit,' presentem amittere[4] predam,
Stultius[5] et[6] rursum vota futura sequi.'
Iudicio plebis non fallit 'habes' set[7]' habebis,'
Plus'unum[8] hoc tribuo' quam' tribuendo duo.'

1 ad modum B C 2 srcie B 3 nephas C 4 amictere C 5 stulcius B C 6 est B 7 sed Froehner Hervieux 8 valet B C: cf. Epimythia Interpolata XX

XXI In segetibus cuiusdam rustici alauda nidificans pullos fecit. Cum vero rusticus pro metendis segetibus opem peteret[1] a vicinis, voluerunt pulli nidum relinquere et fugam inire; quod[2] mater prohibuit asserens alieno fidentes[3] adiutorio[4] sepius defraudari. Cumque secundo et tercio petivisset rusticus auxilium alienum nec inde alaude timendum fore[5] decrevit .

Set[6] postquam dominum curvas comprehendem falces,
Frugibus et veram sensit adesse manum,
'Nunc,' ait,' o miseri, dilecta relinquite[7] rura,
Cum spem de propriis viribus ille petit.'

1 peceret B 2 quos B 3 fidentis B C 4 ad iutorio C 5 om.B 6 sed Froehner Hervieux 7 relinquere B C: correxit Froehner.

XXII Apollo cupidum et invidum comites itineris sui habens dixit, ut alter donum quod vellet ab eo peteret et protinus optineret, non petenti vero daretur continuo duplum eius. Cupidus[1] autem,[2] ad duplum anhelans[3] lucrum[4] invidum conpulit ad petendum. Set[5] ille non ferens prosperitatem alterius petiit[6] sibi unius oculi visum extingui, ut socius suus lumine privaretur utroque. Quod et[7] factum est.

Tunc sortem sapiens humanam[8] risit Apollo
Invidieque malum retulit[9] ipse Iovi,
Qui, dum fortunis aliorum gaudet iniquis,
Letior[10] infelix et sua dampna cupit.

1 cupidum B 2 igitur Froehner 3 hanelans B C Hervieux correxit Froehner 4 lucrum hanelans B 5 Sed Froehner Hervieux 6 peciit B C Hervieux 7 om. B 8om. B 9 rettulit Hervieux 10 Lecor B C: Lecior Hervieux

XXIII Institor imaginem[1] Bacchi[2] marmoream venditioni[3] exposuit, circa quam conparandam[4] duo affuerunt emptores, unus ut de ea cuiusdam defuncti sepulcrum ornaret, Alter ut eam in[5] templo statueret debitis sacrificiis honorandam. Tunc venditori ait imago,[6] attende cui me vendas et in cuius istorum precio spem ominis[7] tui ponas:

Subdita namque tibi magni est reverentia[8] Bacchi,[9]
ut per te vel divinos in templo honores vel ex sepulcro cadaveris
dedecus consequatur.'

Convenit hoc illis, quibus est permissa potestas,
Anprodesse magis, quam nocuisse velint.

1 ymginem B C Hervieux 2 bachi B C Hervieux 3 vendicioni B C Hervieux 4 om. B 5 om. B 6 ymago B C Hervejux 7 hominis B 8 reverencia B C Hervieux 9 bachi B C Herv

XXIV Venator cum leone disceptans de viribus ostendit ei in quadam sepulcri sculptura[1] leonem ab homine superatum. Tunc leo ait, 'Quis hoc[2] sculpsit?' At ille, 'Homo hoc fecit.' Cui leo,[2] Scias quod si leo sculpere sciret, videris[3] contrarium in sculptura.

O si nostra novum caperet sollertia[4] sensum,
Sculperet ut facili pollice saxa leo,
Tunc hominem aspiceres[5] oppressum[6] murmure magno,
Conderet ut rapidis ultima fata genis.'

1 scultura B 2 hoc.....leo om. B 3 videns B C Hervieux 4 solercia B sollercia C: Hervieux 5 aspiceret E 6 oppressun B

XXV Flens puer extremem putei consedit[1] ad oram[2]
Vana supervacuis[3] rictibus ora trahens.
Callidus hunc lacrimis postquam fur vidit abortis,
Quenam[4] tristitie[5] sit modo causa rogat.
Ille sibi abrupti[6] fingens[7] discrimina funis,
Auri[8] conqueritur[9] dissiluisse cadum.
Nec mora, sollicitam traxit manus improba vestem.[10]
Exutus putei protinus[11] ima petit.
Parvulus exiguo circumdans[12] pallia collo,
Sentibus in mediis[13] delituisse datur.
Fur[14] post fallaci suscepta pericula voto
Tristior, amissa veste resedit humi.
Dicitur his[15] sollers vocem rupisse[16] querelis,[17]
Et gemitu summos sollicitasse deos.
'Perdita,[18] quisque erit, post hec bene[19] pallia credat,
Qui putat in liquidis[20] quod natet urna vadis.'

1 concedit B 2 horam B C Hervieux: undam Froehner 3 supervacuis B C 4 que nam B C 5 tristicie B C 6 abrumptei Froehner 7 singens B 8 Ruri B C: cf. Fab. Av. XXV, 6 9 hac auri queritur Froehner 10 mentem B C Hervieux: vestum Ellis cf. Fab. Av. XXV, 7: amictum Froehner 11 protenus Froehner

12 circum dans Froehner 13 inmediis B C: inmersis Froehner
14 sed Froehner 15 hiis B C Hervieux 16 rumpisse Froehner
17 querellis Froehner 18 hunc versum om. B C 19 posthac
sibi Hervieux: bona Froehner

XXVI Viderat excelsa pascentem rupe[1] capellam
Cum lupus[2] esuriens de prope[3] ferret iter,
Et prior, 'heus', inquit, 'preruptis ardua saxis[4]
L inque nec hirsutis pascua[5] quere iugis,
Set[6] cytisi croceum per prata virentia[7] florem
Et glaucas salices et thima[8] grata pete.'
Ille gemens, 'desiste precor fallaciter,' inquit,[9]
'Securam placidis instimulare dolis.
Vera licet moneas, maiora pericula tollas[10]
Tu tamen his[11] dictis non facis esse fidem.'
Nam quamvis rectis constet sententia[12] verbis,
Suspectam hanc rabidus[13] consiliator habet.

1 rure B C: Hervieux: cf. Fab. Av. XXVI,1 2 comminus Froehner
3 de prope cum leo Froehner 4 hic versus in B scriptus est
tis ardua saxis Et prior heus inquit prerup = 5 paschua B
6 sed Froehner Hervieux 7 florentia B C Hervieux: correxi metri
causa cf. Fab. Av. XXVI, 5 8 thymę Froehner 9 inquid Froehner
10 tollam B C Hervieux: celas Froehner 11 hiis B C Hervieux
12 sentencia Hervieux 13 gravidus B C Hervieux: cf. Fab. Av.
XXVI, 12

XXVII Siciens[1] cornix cum urnam aque modicum continentem eicere nō valeret, lapillulis ipsam inplens[2] sic[3] effluere aquam fecit[4] et sic de ea potavit.

Viribus hec docuit quam sit prudentia[5] maior,
Qua ceptum volucris explicuisset iter.

1 sciens B C 2 implens Froehner Hervieux 3 super Hervieux 4 facit B 5 prudencia B C Froehner: Hervieux

XXVIII Tauro[1] cornupete[2] nec aratra patienti[3] dominus suus cornua fecit abscidę[4]. Qui postmodum[5] arare coactus, cum cornibus nocere non posset,[6] pulverem[7] et harenam pedibus recalcitrans sparsit in oculos rustici aratrum[8] insequentis. Qui ait,'Hoc[9] vere est natura iniqui, ut,[10] cum ex una parte fuerit coartatus, ex parta alia prout potest se exerat ad nocendum.'

1 Cauro C Hervieux 2 pro cornupetae 3 pacienti B C Froehner Hervieux 4 abscindi Froehner 5 post modum B Hervieux 6 polleret B 7 pulveremet B 8 aratum C 9 haec Froehner 10 om. B

XXIX Satirus quidam deficientem frigore vatorem in suam recepit speluncam, attente conspiciens quod nāmus gelu torpentes hanelitus[1] flatu calefaceret. Cibis eum refecit silvestribus et calidum porrexit pulmentum. Cuius ille volens mitigare calorem, iterum crebrius insufflavit.

Obstupuit duplici monstro perterritus hospes,
Expulsumque[2] inde longius ire iubet.
'Nolo,' ait, 'ut nostris unquam successerit antris
Tam duo diversa qui simul ore gerit.'
Qui bene proloquitur coram set post ea prave,
Hic erit invisus bina quod ora gerat.

1 anelitus Froehner 2Expulsum que B C

XXX Aprum segetes conculcantem conprehendit messor et aurem sibi abscidens inde eum fugavit, ut tali pena[1] perterritus illuc amplius non veniret. Set[2] secundo rediens alteram aurem perdidit. Ad hoc harum penarum immemor tertio rediens a messore[3] conprehenditur et necatur et in frustra consectus, diversis de eo paratis[4] cibariis, mensis domini sui apponitur.[5] Corde vero petito a domino nec invento, coci gulositas accusatur, qui se excusans ait, 'Aper iste stolidus nullum cor habuit et ideo[6] nec memoriam nec timorem: Alioquin nullatenus[7] redisset ad locum ubi tociens fuerat tormentatus.' Et laudaverunt[8] cocium eo quod se curialiter excusasset. Aper signat stolidum a suis numquam resipiscentem peccatis,[9] unde dicitur:

Hec illos descripta monent, qui sepius ausi
Numquam peccatis[9] abstinuere manum.

1 pro poena 2 sed Froehner, Hervieux 3 amessore B
4 patis B 5 aponitur B 6 imo Froehner Hervieux
7 non B 8 laudaverut C 9 peccati B

XXXI Taurum[1] in prato quiescentem[2] mus in aure momordit et in caverna sua protinus se abscondit. Taurus itaque caput levans toruo conspiciebat[3] oculo de inquietatore[4] suo se cupiens vindicare. Cuius indignationem[5] et minas mus in suo foraminis[6] anfractu securus derisit ipsumque[7] verbis talibus irritavit:

'Non[8] quia magna tibi tribuerunt membra parentes,
Viribus effectum constituere tuis.
Disce tamen brevibus que sit fiducia monstris,
Et facias quicquid[9] parvula turba cupit.'

1 Caurum C Hervieux 2 quiescencum B 3 cui conspiciebat BC
4 inquietate B 5 indignacionem C Froehner Hervieux
6 foramins C 7 ipsum que B C 8 nam B 9 quid quid B

XXXII Piger rusticus plaustrum minans, cum illud luto[1] herentem conspiceret, humi residens[2] deorum auxilium invocabat. Cui Hercules ait, 'Appone, miser, manum plaustro et stimula boves tuos. Si vis deos habere propicios, Adiuva temet ipsum.'

Disce pigris numquam[3] deflecti numina votis;
Presentes adhibes, cum facis ipse, deos.

1 lut B 2 humiresidens B 3 nunquam Hervieux

XXXIII Habebat rusticus aucam tanto genii mënere insignitam, quod singulis septimanis singula in nido suo ova ponebat aurea. Rusticus autem auri amore succensus tardumque[1] cupiens accelerare thesaurum aucam necavit, ut ova cuncta de ventre eius extraheret[2] una vice. Set[3] ipsam vacuam ovis reperiens[4] miserabiliter suam[5] planxit miseriam.

Sic qui cuncta deos uno male tempore poscunt,
Iustius his[6] etiam vota diurna negant.

1 tardum que C 2 extrahere B 3sed Froehner Hervieux
4 repperiens B 5 sua B 6 hiis B C

XXXIV Formica tempore hiemali[1] frumentum, quod estate collegerat exsiccabat. Quam cicada esuriens exorabat ut sibi aliquid largiretur, ne fame periret. Cui formica, 'Quid,' ait, 'Estatis tempore faciebas?' At illa respondit, 'Per sepes[2] oberrabam cantando.' Subridens itaque formica et frumentum suum[3] reponens ait,'Si estate cantasti, hieme[4] salta.'

Mi[5] quoniam summo substantia[6] parta[7] labore est,
Frigoribus mediis ocia longa traho.
At tibi saltanti nunc ultima tempora restant,
Cantibus est quoniam vita peracta prior.'
Quisquis torpentem passus transire iuventam,[8]
Nec domuit vite[9] providus ante mala,
Confectus senio postquam gravis affuit etas,[10]
Heu frustrę[a] Alterius sepe rogabat opem.

1 hyemali B C Hervieux 2 pro saepes 3 om. B 4 hyeme B C
5 mis B C 6 substancia Froehner 7 parca B 8 iuvencam B
9 vice B : pro vitae 10 pro aetas

XXXV Simia partum effundens geminum ex more suo istum diligit[1] et hunc odit. Inminente[2] siquidem[3] venatore dilectum in ulnis et exosum in dorso conportat,[4] set pedibus posterioribus diu currere non valens cogitur dilectum derelinquere, ad sui ipsius salvationem[5] arbores ascensura, et dorso herentem salvat fugiens odiosum, qui tandem[6] pereunte dilecto in amicitiam[7] matris et avorum succedit.

Sic multos neglecta[8] iuvant, atque ordine verso
Spes humiles rursus in meliora refert.

1 diligit istum B 2 Iminente B 3 si quidem B Hervieux
4 comportat Hervieux 5 salvacionem C Froehner Hervieux
6 tande B 7 amiciciam B C Froehner Hervieux 8 negleta B

XXXVI Vitulus pinguis et indomitus bovem increpabat continuis laboribus insudantem; set[1] post modicum temporis vidit bos illum vitulum vittatis[2] cornibus et ligatum sacris inponi altaribus iugulandum[3], et ait:

'Ecce tibi tristis dedit indulgentia[4] mortem,
Expertem nostri que[5] dedit esse iugi,
Proderit ergo gravem potius[6] sufferre laborem,
Ocia quam tenerum mox peritura sequi.'

1 sed Froehner Hervieux 2 vicetatis B C: correxit Froehner
3 vigilandum B 4 indulgencia B C Froehner Hervieux 5 qui B
6 pocius B C Hervieux

XXXVII Pinguior exhausto etc.' Vide[1] hanc fabulam in Esopo: 'de cane guloso et lupo libertatem laudante.' Unde et[2] hic dicitur:

Has illis epulas potius[3] laudare memento,
Qui libertatem preposuere[4] gule[5].

1 unde B 2 et unde B 3 pocius B C Froehner Hervieux
4 imposuere B Hervieux: post posuere Froehner 5 pro gulae

XXXVIII Dulcibus e stagnis[1] fluvio torrente[2] coactus,
Equoreas preceps piscis obibat aquas.
Illic squamigerum despectans improbus agmen
Eximium sese nobilitate refert.
Non tulit expulsum patrio de gurgite Phoca,[3]
Verbaque[4] cum salibus asperiora dedit.
'Vana laboratis[5] aufer mendacia dictis,
Queque[6] refutari[7] te quoque teste queant.
Nam quis erat potior[8] populo spectante probabo,
Si paritor captos humida lina trahant
Tunc me nobilior magno mercabitur emptor,
Te simul ere brevi debile vulgus emet.'

1 estagnis B 2 torrence C 3 phycis Froehner 4 verba que C
5 laborantis B C Hervieux 6 pro quaeque 7 refictati B
8 pocior C Hervieux

XXXIX Miles in torneamentis attritus[1] arma sua tradidit ignibus consumenda[2] conburenda. Cui lituus[3] ait: 'Ego te vel alium numquam[4] inpuli[5] vel percussi; quare igitur me conburis[6]?' Cui miles:

'Te disceptandum[7] flammis crepitantibus Addam
Et dignum pena te graviore premam;[8]
Nam licet ipse nichil possis temptare nec ausus,
Sevior hoc alios quod facis esse malos.'

1 attrictus B 2 om. B Froehner 3 licuus B C 4 nunquam Froehner Hervieux 5 impuli Hervieux 6 comburis Hervieux 7 disceptandam B C Hervieux 8 primam B

XL Vasi luteo soli ad desiccandum exposito, superveniens imber[1] ait: 'Quod tibi est Nomen?' responditque,[2] 'Amphora vocor.' Cui imber[3] 'O amphora,' inquit, 'Cognomine superbiens et figura, quia[4] naturam tuam recognoscere dedignaris, experieris protinus vires nostras.' Et statim eam aquarum abundancia[5] redegit in lutum.

Hec poterunt miseros homines exempla monere,
Subdita nobilibus ut sua fata gemant[6].

1 ymber B C 2 respondit que B C 3 ymber B C 4 quae Froehner 5 habundancia [?] B C: correxit Froehner 6 gement B Hervieux: gemeret C: correxit Froehner

XLI Pardus pulcra colorum varietate superbiens cetera animalia tanquam deformia contempnebat. Cui vulpes[1].

'Vade,' ait, 'et picte nimium confide iuvente,
Dum mihi consilium pulcrius esse queat,
Miremurque[2] magis quos munera[3] mentis adornant,
Quam qui corporeis enituere bonis.'

1 volpes Froehner 2 miremur que B C 3 muera B

XLII Edus,[1] insequentis lupi timore perterritus, cursus velocitate se recepit in urbem. Cui lupus exclamans ait:[2]

'Nonne vides,' inquit, 'cunctis ut victima templis
Inmeritam[3] pecudum morte cruentat humum?
Quod nisi securo valeas te reddere campo,
Heu mihi, vittata tu quoque fronte cades.[4]
Ille refert: 'modo quam metuis precor,[5] exue curam
Et tecum viles, inprobe,[6] tolle minas.
Nam sat erit sacrum divis fudisse cruorem,
Quam rapido fauces exsaturasse lupo.'
Sic quociens duplici subeuntur tristia casu,
Expedit insignem promeruisse necem.

Expliciunt Apologi Aviani

1 pro Aedus 2 om. Froehner 3 in meritam B 4 cadet B
5 pritor C 6 iprobe C ; improbe Hervieux

III THE DONAUESCHINGEN

Collection of Glosses

The Donaueschingen Manuscript of Avianus, a collection of independent glossarial commentaries on six fabulae of Avianus forms part of a middle fifteenth century paper manuscript belonging to the Fürstlich Fürstenbergische Bibliothek of Donaueschingen, Baden. The manuscript is described in a catalogue of 1865 by Von Barak as:

No. 27
Papier Handschrift von Jahre 1448. 59Blätter in kleinem 8°
Pergamentumschlag in Brieftaschenform.
Appologie vel fabule Esope cum commentariis
Bl. 58a : Explicit quartus liber ethicorum qui dicitur
Esopus Anno D.M.CCCC°XLVIII° in die sanct-
orum kyliani et sociorum eius.
Bl. 58b : Secuntur fabule Aviani ad quendam romanum.

The commentaries beginning at the top of Fol. 58b and ending on Fol. 59b deal with Fabulae III, VI, V, XXXI, XXVII, XXXIII, They are written in a careless fifteenth century book-hand.

I have attempted to make a diplomatic text of this manuscript, underlining all abbreviations and superposed letters; several symbols which I did not understand and may be mere flourishes, as the text seems to be complete without them, I have simply reproduced.

[Fol. 58-B]

Secuntur fabule Aviani adquendam romanum

